

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema X.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

T H E M A X.

Luc. 16.

Parabola de diuite & Lazaro.

D I S P O S I T I O.

NO T A . Supra in I. parte Promptuarij Classe IX. Numero XXIX. tractata sunt omnia feri, quæ ad diuitem pertinent: quis scilicet fuerit status, & quæ conditio illius, 1. in hac vita, 2. & in altera.

Ideoque de Lazaro iam potissimum nobis erit tractandum, ut hæc parabola integra sit: Qui integrum simus tractare voluerit, poterit istas duas Dispositiones coniungere.

*Sequentia in funere mendici, aut pauperis
tractanda.*

Dives & pauper obviauerunt sibi. Dominus fecit verumque Proverbi. 22 v. 2. Exemplum utriusque habemus in historia Euangælica Lucae, ubi dives parapuratus, & mendicus nudus atque scabiosus, nobis oculos ponuntur. At de diuitiis breuitatis causa nihil dicemus, cum alias de ipso audierimus, & præsens funus potius de Lazari miseria, quam de diuitiis felicitate nos moneat.

Primum autem videbimus, quæ fuerit huius pauperis conditio in hac vita.

Deinde, quæ illius conditio post hanc vitam.

I. Pars.

Pauper, de quo hæc fit mentio, Lazarus vocatur. Non autem est dives ille Lazarus Bethaniensis, sed homo valde miserabilis.

Lazarus significat alioquin. Auxilium Dei. Et concinit illi nomè: quia Dei adiutorio valde opus habet, cum nemo sit in terris, qui illum iuuare velit. Non uno autem nomine miser est.

i. Non

THEMA X. EX NOVO TEST. 437

1. Non habet vnde vivat pauper.
2. Et tam pauper, ut ostiatim mendicare panem cogatur.

3. Et non est ex numero illorum pauperum, qui vel sunt insatiabiles, vel deliculi: sed micas tantum petit, quæ aliquis canibus cedunt: Et tamen non est, qui det ipsi. Immisericordiam diuitis experiti cogitur.

4. Neq; potest sibi labore manuum parare viatum, iuxta mandatum Spiritus sancti, Psalm. 118. versic. 2, sed est ulceribus plenus æger, ut iacere cogatur, ante ianuam diuitis.

5. Non recipitur in hospitale aut Nosocomium, sed relinquitur in plateis. Non curatur à Medicis, sed canes vlcera lingunt.

6. Et in hac miseria atque calamitate moritur.

Estq; hoc unicum ipsi solatum, quod mors paupertatis & ægritudinis facit finem. Mortuus tamen terra demandatur. Illa mater omnium est, Syrac. 40. v. 1. & in gremium suum recipit tam pauperem quam diutitem.

Incerim tamen Lazarus, licet sit miserrimus pius est, & patiens. Non legitur murmurasse aduersus Deum: nec maledicisse diuiti, licet videat eum in magna affluentia & immisericordem. Nec diei natiuitatis maledicit, ut Hiob. 3. v. 1. & Ier. cap. 20. v. 14.

Sed vincit fide & patientia. Ideoq; pie & placide moritur. Et Angeli ministrant ei.

Locv 1. Etiam piissimme sunt pauperes. Nec est indicium irati Dei paupertas piorum. Filius Dei omnium sit pauperrimus, 2. Cor. 8 v. 9. Esuriunt Prophetæ & Apostoli, nudi sunt & frigent, 1. Cor. 4. v. 11. Heb. 11. v. 37.

Eliam famem pellit: & tractatur a modum frugaliter & tenuiter, 1. Reg. 17. v. 4 & 6.

Neque semper abest à piis ægritudo. Multi male habentes, Heb. 11. v. 37.

Causæ principales huius miseriae Deo cognitæ. Quædam nobis notæ.

1. At sic afflit ne obliuiscamur Dei. Prou. 30. v. 9.
 2. Utq; discamus ardenter orare pro pane quotidiano, Esa. 26. v. 16.
 3. Probat Deus fidem, spem, patientiam suorum. Syr. 2.
- Iraque praestent Deo suam patientiam, & nihilominus studeant pietati. Exemplo Lazari.
1. Non malis artibus tentent viatum parare: sed potius mendicent: si extrema cogat necessitas.
 2. Egri non conuertantur ad Magos, &c. exspectent a Deo medicinam, Syr. 38. v. 9 & 10.
 3. Non maledicant, nec Deo, nec diuitibus. Eccl. 10. vers. 20.
 4. Soletur ipsos, quod mors finem facit malorum.
 5. Et quod angeli ministraturi sint ipsis.
 6. Quodque largissimam possunt exspectare compensationem. De qua iam sequitur.

II. Pars.

Lazarus hic miser, illic est felicissimus post mortem. Corpus in terra quietescit. Anima autem est in sinu Abraham. In gaudio Solatio fruictur. Eoque aeterno. Non enim amplius inde eiicitur, ubi est. Quis hunc mendicum tam fecit beatum? Angeli deportant animam illius in coelum. Hic iam finem fidei accipit, quæ est vita aeterna, I. Pet. 1. v. 9. Jam præmia accipit pietatis, I. Tim. 4. v. 8.

Non quod meritus sit hanc felicitatem suis operibus, aut paupertate: sed ex gratia hanc accipit, tanquam donum Dei, Eph. 2. v. 8.

Quia creditit, Heb. 11. v. 6. Per fidem (non propter fidem) accipit haec præmia: propter Christi meritum.

Loc. vs. I. Videmus, quanta sit futura multorum metamorphosis post hanc vitam.

Ergo qui hinc egent, non desperent, Luc. 22. v. 29. Joh. 16. v. 20. 22. Qui hic abundant, non superbiant, non glorientur, &c. Vide Eccl. 5. v. 14. Pl. 49. v. 18. Syr. 11. v. 27. & 18. v. 25.

II. Ma-

THEM
II. Magna
cupido et
ridens: qui di
Coma Matr
regulatur.
monachorum
possidere: an
Cor. 4. v. 7.
III. Anim
tentia manu
tatio, Luc. 2
mendacium
45. & Stephan
fir communi
IV. Neu
datus add
honesto, 1.
Alioquin
5. v. Polle
vit. Desab
de quaero

Offensio
Lata paucis
severus His
Comique di
maritum: fanta
lumen, fibi
I. Iam regn
obstat felici

II. Magna pauperum consolatio, quod illis etiam locus paratus est in celo, si pri fuerint, exclusis multis difficultibus: qui difficulter intrant in celum, Matth. 19. v. 23. Contra Matth. 5. v. 3 Ergo non eurent, si hic fastidiantur, negligantur, &c. Erit aliquando tempus, ubi videbunt, immortales recordes torquenti, Psal. 91. v. 8. In patientia ergo possident animas, Luc. 21. v. 19. Momentanea levitas. 2. Cor. 4. v. 17.

III. Anima piorum non moritur: sed statim post mortem in manu Dei est Sap. 3. v. 1. in finu Abrahami. In Paradiſo, Luc. 23. v. 43. Itaque hoc unum agendum ut commendetur Deo, a morituris, exemplo Christi, Luc. 23. v. 46. & Stephani, Actoř. 7. v. 53. At vincentes quoque illam sic commendare debent quotidie, Psal. 31. v. 6.

IV. Nemo despiciat pauperes, nec insultet illis, nec afflitis addat afflictionem, Syrac. 4. v. 2. & 3. Syr. 7. v. 12. Proverb. 17. v. 5.

Alioquin cum gemitu illorum felicitatem videbit, Sap. 5. v. 5 Posset etiam dici de gaudijs vitaे æternæ, Psalm. 16. v. vlt. Deabundanti omnium misericordiarum compensatione, de qua Rom. 8. v. 18. Et alijs. At de his s̄epius alibi.

F I N I S.

THEMA XI.

Luc. 19. v. 12. ad 26.

Parabola de decem minis, sive talentis.

D I S P O S I T I O.

Occasio huius parabolæ admodum elegantis, ab ipso Luca paucis verbis annotatur. In ultima sua profectio-ne versus Hierosolymam, Christus diuertit ad Zachæum. Cumque dixisset Christus, hodie salus contigit huic domui: astantes, qui sciebant Christum tendere Hierosolymam, sibi ipsi imaginabantur, iam mox ibi Christum suum regnum inchoaturum: ubi sibi summam promitterebant felicitatem. De regno enim mundano & terreno

E c 4 somnia.